



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XXXVII. De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi
Saltzburgensis, quod incipit: Praeterea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

XXXVI.

ANNO
CHRISTI
1420.

De his qui verberant vel capiunt nuntios legatorum apostolicæ sedis, archiepiscoporum, delegatorum iudicium & aliorum: aut eos qui de curiis eorum veniunt, aut eos occidunt: ex statuto domini Ioannis Tusculani, quod incipit: Si qui in tant.

Cipientes, verberantes nuntios legatorum apostolicæ sedis de latere missorum, seu archiepiscoporum, aut episcoporum, vel delegatorum; & eisdem literas auferentes, vel dilaniantes, seu ipsos in iurisdictionem, [aut] eis commissa quomodolibet, manifeste vel occulte impedientes: similiter & illi qui ad curiam eorum legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, vel delegatorum venientes, aut abinde recedentes offendunt in personis, aut bonis quæ secum habent, spoliant, excommunicati sunt ipso facto.

XXXVII.

De eodem, ex statuto domini Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis, quod incipit: Præterea.

Reus verberans, spolians & captiuans nuntium iudicis, literas judiciales deferentem, pro conuictio debet haberi: & idem in actore in causa reconuentionis.

XXXVIII.

De his qui bona decedentium clericorum occupare præsumunt, ex statuto domini Guidonis cardinalis apostolicæ sedis legati, quod incipit: Item ad aures.

Patroni ecclesiarum tam clericorum quam laici, aduocati, iudices & præcones bona decedentium clericorum occupantes & usurpantes, excommunicationis vinculo, quo usque ablata restituant, debent innodari.

XXXIX.

De eodem, ex statuto domini Friderici Salzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Item statutum. & ex statuto domini Ioannis Tusculani apostolicæ sedis legati, quod incipit: Nonnulli.

Raptiores, inuasores & occupatores bonorum clericorum detinentium, ipso facto excommunicationis sententiam incurront. Et in locis, vbi talia bona violenter